
Appointment of **Fr. Francisco Reyes, OFM**, as the new **Commissary of the Holy Land for the Philippines** in lieu of **Fr. Jose Martinez, OFM**. His office address is **Santuario de San Antonio, Forbes Park, Rizal (Tel. 88-04-11)**.

FR. CONSTANTINUS KOSER

TOTIUS ORDINIS FRATRUM MINORUM MINISTER GENERALIS
et humilis in Domino Servus

Dilecto Nobis in Christo **REV. P. FR. FRANCISCO REYES**, nostrae **VICARIAE S. GREGORII M. in INSULIS PHILIPPINIS** alumno, Salutem et Seraphicam Benedictionem!

Ad favendum perenni conservationi et religiosi cultus exercitio in locis Christi praesentia consecratis, ab Ordine nostro, cui custodia Terrae Sanctae a Sede Apostolica commissa est, Commissarii Terrae Sanctae instituuntur, quorum est tum devotionem erga Sacra Loca promovere, tum peregrinationes ad eadem moderari, tum subsidia ex pietate fidelium oblata colligere et de hisdem iuxta mandatum Custodis Terrae Sanctae disponere.

Cum igitur Tu in congressu capitulari diebus 21-23 aprilis et 25-26 maii 1976 celebrato, ad trienn. electus sis Commissarius Terrae Sanctae pro ditione Vicariae S. Greg. M. Nos praesentium Litterarum tenore, praehabito consensu Definitorii generalis in Congressu habito die 14 mensis iulii anni 1976 legitime manifestato. Te ad hoc munus exercendum confirmamus et instituimus.

Facultas igitur Tibi sit uti privilegiis et favoribus Commissariis Terrae Sanctae de iure vel consuetudine competentibus. In specie facultas et munus Tibi competit eleemosynas a fidelium pietate oblatas aliasque propria diligentia collectas, secundum normas et dispositives a Custode Terrae Sanctae datas administrandi.

In Tuo munero obeundo cures ut observentur normae et leges a Sancta Sede vel ab Ordine datae quae Commissarios Terrae Sanctae concernunt.

Datum Romae, ex Aedibus Curiae generalis Ordinis, die 19 mensis iulii anni 1976.

FR. CONSTANTINUS KOSER, O.F.M.
Minister Generalis

De mandato Pat. Suae Rev.mae

FR. FORTUNATUS TIBERI, O.F.M.
Secretis Missionum

Prot. 045145